Era M. CCC. XII. veneris. VII. kl. Decembr. Hoc est translatum fideliter et bene factum supra quodam originali instrumento cuius sic series.

In Dei nomine et eius gratia. Hec est carta auctoritatis vendicionis quam facio ego Petrus Raymundi Caplol et ego Dominga uxor eius commorantes in Osca vobis domine Alamene comitissa
de Armanyach, sorori domus Serene et Sixene. placuit nobis optimo corde et gratuita voluntate et in presencia bonorum hominum sine alicuius coactione. Vendimus vobis viginti
et octo sol. et octo numos iaccensium denariorum monete bone et firme cotidiani censuales quos nos habemus in Osca annuatim in barrio que dicitur Rapa ficos. scilicet tres
sol. iaccensium et sex denarios in casis de Rameta. et tres sol. et sex numos in casis Petri Campan. et octo sol. iaccensium in casis de Martha Zacarias. et septem sol. iaccensium in
casis Petri Florecal. et duos sol. et quatuor numos iaccensium in casis Dominici Nocito. et viginti numos iaccensium in casis Petri Garramacha. et in casis Petri Barttoga et
duos sol. et octo numos iaccensium in casis de Marcho de Bota. quas omnes dictas casas affrontant in casis domini Martini Marcho militis. et in orto. et in casis et in corral
Bernardi de Coda rasa. et in casis Raymundi Sancti Salvatoris et in via publica. et in casis de Ferrer de Lyon. et etiam quinque sol. iaccensium denariorum censuales quos
habemus in barrio Porte Montis Aragonis. in casis Bartholomei Daschaso cabecudo. que affrontant in callico publico. et in casis Michaelis de Canellas. et
in casis de Dominga de Poblet. Sicut iste omnes dicte affrontaciones predictas casas undique circumdant et concludunt. Ita vobis vendimus omnes predictos triginta et
tres sol. et octo numos iaccensium denariorum monete bone et firme censuales annuatim toto [illegible] sine ullo nostro [illegible] retinimento. pro precium quod inter nos et vos pla
cuit scilicet pro trecentos et septuaginta et quinque sol. iaccensium denariorum monete bone et firme. quos in presenti a vobis accepimus. Ita quod de predicto precio nichil remansit
ad paccandum. Unde volumus et concedimus quod ab hac die in antea quod hec presens carta scripta fuerit habeatis teneatis et possideatis et recipiatis omnes predictos denarios censuales
annuatim in mense Januarii ad vestram propriam hereditatem. salvos francos et securos. videlicet ad dandum vendendum inpignorandum commutandum. et quicquid inde vobis placuerit et volun
tas alienandum. et ad faciendum in eis et ex eis quidquid volueritis tanquam de vestra propria hereditate. et vos et omnes generaciones et posteritas vestra per secula cuncta. Ad maiorem vestram securitatem et confirmacionem
damus vobis fidancias salvetatis de omnibus predictis denariis censualibus quos vobis vendimus et de omnibus suis directis de nos et de totis hominibus et feminis per forum Aragonis. dompnum Petrum
Sora et Stephanum Carbonel commorantes in Osca. et nos pariter cum eis. Ita tamen quod si forsitan vobis vel vestris de certo volueritis exigere de omnes predictos XXX. III. sol. et VIII. d. censuales vel
aliquid ex eis minime nos et fidancias predictas salvemus eos vobis. aut demus et ponamus vobis in aliis tantos denarios censuales et in tam convenientis et utilis locis in Osca. salvando
eos vobis secundum consuetudinem et forum Aragonum. Et nos predicti Petrus Sora et Stephanus Carbonel hac fidancia libenter facimus et concedimus prout supra scriptum est. Sunt testes
Dominicus Villanua et Garcia de Sarasa commorantes in Osca.

Stephanus de [illegible] notarius Castellar [illegible] scripsit. et cum [illegible] [signum] [illegible] apponit

Acenso que empeso en favor de Don Blas de Cordova
de [illegible] Manoel, que Jaume [illegible] segeno.

Ithe. mestar e de xds ballesta [illegible] dona de [illegible] xerena. si emya pe el sea le pendido

11/5
1257-12

Leg.° I
Lig. 9
6

N.º 123
23

Original sin fecha

a 1274 el del Tratado